Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



DANI

dens daniel aiu coram regē. Munera tua sint tibi
et dona domus tue alteri da. Scripturā autē hanc
legam et regi. et interpretationem eius ostendam tibi o
rex. Deus altissimus regnum et magnificentiam glo
riam et honorem dedit patri tuo nabuchodonosor. Et pro magni
ficentia quam dedit ei. omnes populi tribus et linguē
timebant et metuebant eum. Quos volebat
interficiebat et quos volebat percutiebat. et quos
volebat exaltabat et quos volebat humiliabat
Cuius autē elevatus est cor eius et spiritus eius obfirmatus
est ad superbiam depositus est de solio regni sui et
gloria eius ablata est. et a filiis hominum eiectus est. Et cor
eius cum bestiis positum est. et cum onagris erat
habitatio eius. Fenum quoque ut bos comedebat et
ros celi corpus eius infectum est. donec agnosceret
quod potestatem habet altissimus in regno hominum et quemcumque
voluerit suscitabit super illum. Tu quoque filius eius
balthasar non humiliasti cor tuum cum scires hec omnia
sed adversum dominum cēli elevatus es et vasa
domus eius allata sunt coram te. et tu et optimates tui et
uxores tue et concubine tue vinum bibistis in
eis. Deos argenteos et aureos et eneos ferreos
lineos et lapideos qui non vident nec audiunt nec sentiunt laudasti. porro deum qui spi
ritum tuum in manu sua et omnes vias tuas tenet glo
rificasti. Ideo ab eo missus est articulus manus
quem scripsit hoc quod exaratum est. Mane. thecel.
phares. Hec autem interpretatio sermonis. Numeravit
deus regnum tuum et complevit illud. Thecel
appensus es in statera et inventus es minus ha
bens. phares. Divisum est regnum tuum et datum est
medis et persis. Tunc iubente rege induti
sunt daniel purpura et circumdatum est torquem aureum
collo eius et pronuntiatum est de eo quod tertius princeps esset in
regno suo. Eadem nocte interfectus est balthasar
rex chaldeus et darius medus successit annos
natus sexaginta duos.

VI

Placuit dario constituere super regnum suum sa
trapas centum viginti in omni regno suo et super
eos principes tres ex quibus daniel unus esset ut
satrapes illis redderent rationem et rex non sustineret
ullam molestiam. Ipse autem daniel superabat omnes prin
cipes et satrapas. quia spiritus dei amplior erat in illo.
porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum. Unde principes et satrapes gerebant ut invenirent
occasionem adversus daniel ex parte regis. Nullamque
causam et suspicionem reperire poterant eo quod fidelis
esset et culpa et suspicio non inveniretur in eo. Dixerunt
ergo viri illi. Non inveniemus contra daniel istum hunc aliquam
occasionem nisi forte in lege dei sui. Tunc principes
et satrapes surrexerunt regi et sic locuti sunt ei. Da
ri rex in eternum vive. Consilium inierunt omnes principes
regni tui et magistratus et satrapes senatores et iudi
ces ut decretum imperatoris exeat et edictum ut
omnis qui petierit aliquem petitionem a quoque deo et
homine usque ad dies xxx. nisi a te rex mittatur in lacum
leonum. Nunc itaque rex confirma hanc legem et scribe de
cretum ut non mutetur quod statutum est a medis et per
sis nec quadam licentia. Porro rex da
rius constituit decretum et statutum. Cum audisset daniel
quod esset scriptum legem ingressus est domum suam et fenestras
aperas in cenaculo suo contra hierusalem et bis in die
flectebat genua sua et adorabat confitebatque deo
suo sicut et ante fecerat consueverat. Viri quoque illi curiosius
inquirentes invenerunt danielem orantem et obsecrantem
deum suum. Et accedentes locuti sunt regi super edicto.
Rex nunquid non constituisti ut omnis homo qui petierit aliquem
de diis et hominibus usque ad dies xxx. nisi a te rex mittatur in
lacum leonum. Ad quem respondens rex ait. Verus sermo iuxta
decretum medorum et persarum quod quod non licet
mutari. Tunc respondentes dixerunt coram rege. Daniel de filiis captivi
tatis iudee non curavit de lege tua et de edicto quod scri
psisti. sed bis in die orat obsecrationem suam. Et
ubi audivit rex sanctus et statim ut
potuit cor ut liberaret eum. et usque ad occasum solis
laborabat ut eriperet eum. Viri autem illi inquirentes re
gem dixerunt ei. Scito rex quia lex medorum et persarum
est ut omne decretum quod statuit rex non licet immu
tari. Tunc rex precepit et adduxerunt danielem et miserunt
eum in lacum leonum. Dixit autem rex daniel. Deus tuus
cui colis semper ipse liberabit te. Allatus est lapis u
nus et positus est super os
lacus. Quem obsignavit rex
anulo suo et anulo
optimatum suorum
ne quid fieret de danie
lem. Et abiit rex

Ps. et ait septe a digesta est.